

in Tuscia. Sed interim papa mor-
tuus est. Rudolfus autem postea
apud Spiram Alsacie mortuus est,
et imperiali caruit benedictione. Eo^T
tempore rex Francie⁺ cruce signatus
est⁺ et reddidit ecclesie comitatum
de Veneri, quem sui antecessores longo
tempore tenuerunt, et barones multi
crucem acceperunt. Tunc deputate
sunt decime^{TT} an(nuum) pro terra
sancta et positi cippi in ecclesiis.

Tunc etiam rex Cipri⁺ misit procura-
tores suos ad respondendum^{TT} dominicille Ma-
rie, que dicebat regnum Ierusalem
iure sibi hereditario obvenire. Hec
 tandem ius suum dedit Karolo I^o
regi Syriæ, qui loco suo misit
Ptholomayda comitem sancti Se-
uerini. MCC^{LXXV}. Bendogdas per-
currit⁺ planum Armenie et percussit
ultra CC^m. hominum secum habens
pueros et puellas usque ad X^m, equos
et animalia maiora et minora
usque ad CCC^m. Rex autem cum equi-
dibus ad montana perrexit.

^T folgt etiam Mus.

⁺ Francorum Mus.

⁺ venit Murat. l. c. 1008.

⁺ fol. 266 verso col. 1. Oban libro mus.
videtur fruct II. pars, III. pars, IIII. pars.
^{TT} molend c.